

- defectu famae contrahitur  
 Irregularitas ex defectu famae contrahitur  
 Bigamia vera est  
 Bigamia interpretativa est  
 Bigamia similitudinaria est  
 Ex defectu lenitatis irregulares sunt  
 Irregularitas contracta variis modis tollitur  
 Legitime dispensat S. Pontifex  
 Episcopus dispensat in irregularitate  
 Delictum dicitur adhuc occultum  
 Delictum dicitur deductum ad forum contentiosum
- trimonium inter parentes et per professionem religiosam ad effectum obtinendi sacerdotii reparatur.  
 Ex bigamia, quae incontinentiam redolet, et sacramentalem significationem unionis Christi cum sua Ecclesia non continet.  
 Ut cum quis plures successive cognoscit veras uxores.  
 Ut cum quis cognoscit uxorem viduam a priore marito cognitam, vel etiam non viduam, sed ab alio violatam, quia iuris fictione aut interpretatione, matrimonium iteratum censetur.  
 Ut cum quis in init et consummat matrimonium, obstante voti solemnem aut sacri ordinis impedimento, quia adstrictus voto sive ordine sacro, quoddam matrimonium cum Christo aut Ecclesia contraxit, quod si violet cognoscendo uxorem, iteranti matrimonium similis efficitur.  
 Qui factum commiserunt humanitati repugnans, quive directe ad alterius mortem, vel mutilationem concursus habuerunt, licet mors iusta fuerit et a lege praescripta.  
 Ut per susceptionem baptismi, si ex delicto procedat ante baptismum patrato; per cessationem defectus, a quo fuit producta, quia cessante causa cessat effectus; et per legitimam dispensationem.  
 In qualibet irregularitate a iure ecclesiastico constituta, sive ex crimine, sive ex defectu procedat.  
 Proveniente ex bigamia similitudinaria tantum; ex irregularitate orta ex defectu natalium, sed tantum quoad ordines minores et simplicia beneficia; in irregularitate ex delicto occulto, ea excepta quae provenit ex homicidio voluntario, et excepto casu, quo delictum sit deductum ad forum contentiosum.  
 Si illud sciant quinque vel sex personae et non sit notum maiori parti oppidi vel paroeciae.  
 Cum saltem per unum testem probatum fuit, secus tamquam deductum non habetur et Episcopus dispensare potest.

## De Hierarchia Ordinis.

Quidam sacer principatus, quo sacra reguntur et ministrantur. Hierarchia est

Ordo personarum Deo dicatarum, quae in diverso gradu officii et potestatis simul concurrunt ad observantiam procurandam divinae et ecclesiasticae legis. Hierarchia defini potest,

Nam Christus constituit in Ecclesia, ut essent in ea qui imperare et qui parere deberent, qui sacris omnino dicati non possent se temporalibus negotiis implicare et ne temporalibus militantes non possent sacerdotii actibus defungi; instituit suam familiam filiorum et parentum; suum regnum imperantium et subditorum, ministrorum etiam et ministrorum et inter ipsos maiores et minores, ut ex Tridentino constat. Ex divina ordinatione est Hierarchia.

Communiter una ordinis, alia iurisdictionis. Hierarchia dicitur

Ut quis per se sit capax ponendi actum ordinis conficiendi, Sacramenta et bona spiritualia fidelibus ministrandi. In Hierarchia ordinis confertur

Ut quis possit regere, gubernare, et leges ferre. Per Hierarchiam iurisdictionis confertur imperium

Ad verum Christi corpus in sacrosancta Eucharistia. Hierarchia ordinis refertur

In Christi corpore mystico. Hierarchia iurisdictionis versatur

Quia sacerdos etiam absque subditis potest sacramenta facere. Hierarchia ordinis subditos non requirit.

Quia aliter inutilis esset regendi, gubernandi legesque ferendi auctoritas. Hierarchia iurisdictionis necessario subditos supponit.

Per consecrationem vel ordinationem. Hierarchia ordinis tribuitur

Per missionem sive iniunctionem a capite datam. Hierarchia iurisdictionis tribuitur

Hierarchia ordinis characterem imprimit.

Hierarchia iurisdictionis revocari potest.

Duae Hierarchiae in eadem persona inveniuntur.

Certum est censuram, et legem ab Episcopo schismatico vel haeretico latam, esse absolute nullam.

Certum est ordinationem peractam ab Episcopo schismatico vel haeretico esse validam, licet extialiter detestabilem.

Summus hierarchiae ordinis gradus habetur in Episcopo, quem sequuntur Presbyteri et ministri.

Septem numerantur sacrorum ministrorum ordines.

Presbyteratus

Ita semel obtenta nunquam potest amitti.

Quia a voluntate mittentis pendet.

Ut in episcopo, qui suam dioecesim gubernat, ad cuius rectam institutionem ex definitione Tridentini requiritur legitima ordinatio et legitima missio, quae subditorum assignationem continet.

Quia Episcopus per schisma, aut haeresim ab hierarchia iurisdictionis cecidit, quoniam potestas in hierarchia iurisdictionis revocari potest.

Quia Episcopus per horrendum schismatis vel haeresis crimen neque cecidit ab hierarchia ordinis, neque episcopalem characterem amisit, qui per sacramentum fuit illi divinitus et immutabiliter impressus; deinde S. Pontifex nedum Episcopum repulit a dioecesi, sed ab universa Ecclesia, sequitur talem ordinationem esse validam.

Quia Episcopus respectu ad ordinem ab Innocentio III appellatur summus sacerdos, qui ordinis plenitudinem habet, neque maior ordo in S. Pontifice reperitur: et Gregorius IX ait: Summus hierarchiae iurisdictionis gradus habetur in Pontifice S. quem sequuntur Patriarchae, Primates, Metropolitanæ, Episcopi, Praelati et Parochi.

### De Hierarchia Ordinis.

Nempe, Presbyteratus, Diaconatus, Subdiaconatus, Acolythatus, Exorcistatus, Lectoratus, et Ostiariatus, qui tonsuram, quae est praeparatio ad ordines, supponunt. Primi tres sacri sive maiores; reliqui minores sunt.

Est ordo sacer, quo confertur potestas consecrandi corpus et sanguinem Christi et absolvendi fideles a peccatis.

Quia Deo sunt consecrati et sacra faciunt, et Presbyteri etiam appellantur a nomine graeco, quod seniores significat, non solum propter aetatis maturitatem, sed multo magis propter gravitatem, doctrinam et prudentiam.

« Constituas per civitates Presbyteros... manus cito nemini imposueris... Presbyteri qui laborant verbo et doctrina... » proinde ex D. Paulo inferitur: Presbyteri sunt subditi Episcopis. Tridentinum anathema protulit in eos, qui affirmarent Episcopos non esse Presbyteris superiores.

Sacerdotem oportet offerre, benedicere, praeesse, praedicare, et baptizare. Primum officium circa Sacratissimam Eucharistiam versatur, quae novae legis est sacramentum et sacrificium.

Nimirum, Sacerdotes posse benedictiones sacerdotales impertire, a peccatis absolvere, praedicare et baptizare ratione ordinis recepti, accedente tamen communicatione quoad primam, et venia Episcopi quoad secundam et tertiam, verbum *praeesse* indicat honorem Sacerdoti tribuendum maxime in Ecclesia.

Nam soli Parochi inter Sacerdotes legitimam ad hoc habent missionem, iure ordinario, qua caeteri sacerdotes carent; proinde omnia sacerdotalia officia possunt peragere.

Quo confertur potestas immediate assistendi Sacerdoti in missa, legendi Evangelium et praedicandi.

Ut communibus fidelium mensis assisterent et sacris ministeriis deservirent.

Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare et praedicare.

Diaconum debere Episcopo et Sacerdoti celebranti assistere, Pixidem et Ostensorium cum S. Eucharistia deferre, non vero communionem praebere, nisi fiat ex commissione Sacerdotis et in gravi necessitate, ut si desint Sacerdotes et populus sit communicandus.

Ut Diaconus possit etiam solemniter baptizare,

Qui Presbyteratu ordine insigniti sunt Sacerdotes appellantur.

Sacerdotes ex divina ordinatione Episcopis sunt subditi.

Sacerdotum describuntur a Pontificali Romano his verbis officia:

Circa alia officia Sacerdotum adnotanda:

Parochi possunt in sua parochia omnia officia sacerdotum peragere.

Diaconatus est ordo sacer

Diaconi numero septem ab Apostolicelecti fuerunt

Diaconi officia Pontificale Romanum his verbis describit:

Verbum ministrare importat

Verbum baptizare importat

sed tantum de licentia parochi, aut in gravi necessitate.

Verbum *praedicare* importat

Ut Diaconus possit praedicare cum superioris venia. Electi ab Apostolis SS. Stephanus et Philippus praedixerunt.

Subdiaconatus est ordo sacer

Quo traditur potestas ad altare ministrandi Diacono et legendi Epistolam in Missa.

Alcolythi appellantur pedissequi Episcoporum.

Officium in eo versatur, quod urceolos ad altare et candelabra deferant, quod luminaria accendant et Subdiacono ministrent.

Exorcistae, quorum munus est

Malos expellere spiritus, ne animabus in spiritualibus praesertim noceant; quod tamen exercere solemniter absque licentia nunc temporis nequeunt.

Lectores, qui deputantur

Ad Scripturas in Ecclesia extra Missam legendas.

Ostiaarii qui constituantur

Ad Ecclesiam aperiendam, claudendam et custodiendam ad quam fideles dignos admittere et indignos repellere debent.

Tonsura

Quae est praeparatio et dispositio ad ordines.

Qui tonsura initiati fuerunt

Tenantur ad coronam in capite et habitum clericalem deferendum.

Initiatis tonsura haec iura consequuntur.

Transferuntur in album clericorum; eximuntur a iurisdictione civili, iuvantur privilegio canonis, fiunt capaces ad beneficia ecclesiastica obtinenda, redduntur apti ad ecclesiasticam iurisdictionem exercendam.

### De Summo Pontifice.

Ad maximam dignitatem et iurisdictionem S. Pontificis significandam, pluribus ipse distinguitur honorificentissimis appellationibus:

Pontifex Maximus, Episcopus Episcoporum, Doctor orthodoxae et immaculatae fidei. Magister omnium Christianorum, Pater Beatissimus, Pater Patrum, quod indicat vocabulum Papa, D. Petri successor et Vicarius Christi, interim ipse demisse se nominat Servum Servorum Dei.

Summus Pontifex non unam, sed plures personas refert.

Est princeps, Caput et centrum universalis Ecclesiae, Patriarcha Occidentis, Primas Italiae, Metropolitanae provinciae Romanae et Episcopus urbis Romae.

Summus Pontifex

Imperium, quod sive procedat ex consensu popu-

lorum, sive ex Principum donationibus, sive ex diuturna praescriptione, sive ex onerosis contractibus, adeo est in eo solidatum, ut nemini aequius et potius competat, vel competere possit.

S. Gelasius aiebat ad Anastasium: *Si enim cunctis generaliter Sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium colla convenit submitti, quanto potius sedis illius praesuli consensus est adhibendus?...* S. Symmachus: *Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantae dignitatis attollit?* Nihil proinde mirum esse potest, si illum adoramus et exosculamur in pede.

*Tu es Petrus. Tibi dabo claves regni coelorum. Ut non deficiat fides tua. Pasce agnos meos, pasce oves meas.* Quidquid de B. Petro dicitur de aedificandi, ligandi, solvendi, pascendi officio, de oratione pro fidei stabilitate et mandato fratres confirmandi, de S. Pontifice Concilium Vaticanum docuit et definivit his verbis: « Si quis ergo dixerit, non esse ex ipsius Christi Domini institutione seu iure divino, ut B. Petrus in primatu supra universam Ecclesiam habeat perpetuos successores, aut Romanum Pontificem non esse B. Petri in eodem primatu successorem, anathema sit ».

In causa Marcellini Papae, PP. concilii dixerunt: *Prima sedes non iudicabitur.* In Concilio Vaticano haec definita sunt. « Sedis vero Apostolicae, cuius auctoritate maior non est, iudicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius licere iudicare iudicio ». « Si quis itaque dixerit R. Pontificem habere tantummodo officium inspectionis vel directionis... aut eum habere tantum potiores partes, non vero totam plenitudinem huius supremae potestatis; aut eius hanc potestatem non esse ordinariam et immediatam sive in omnes ac singulas ecclesias, sive, in omnes et singulos pastores et fideles: anathema sit ». Proinde neque a Concilio generali iudicari potest.

est in temporalibus Supremus totius Ditionis ecclesiasticae Princeps et Rex, qui more caeterorum Principum et Regum Summo potitur imperio.

S. Pontifex maximo amore et honore colendus est ab omnibus Christianis cuiuscumque status et conditionis.

Ex iure divino S. Pontifex in universa Ecclesia Primatum honoris et iurisdictionis habet.

Ex natura primatus honoris et iurisdictionis sequitur S. Pontificem in terris nullum habere superiorem, nisi Deum a quo immediate potestatem obtinet et cuius iudicio ipsius causa reservatur. Cum vero nullum habet superiorem, a nemine potest deponi puniri aut iudicari.

S. Pontifex ex vi coactiva a legibus humanis positivis non devincitur ad poenam incurrendam in ipsis statutam.

Idcirco poenam censurae aut irregularitatis non incurrit; sed ex vi directiva ad evitandam culpam iustas leges servare et ipse tenetur, quia quod quisque iuris statuit in alterum, ipse eodem uti debet: nam licet nemo a se ipso cogatur, tamen a se ipso quisque dirigitur et obligatur ad bonum sequendum et malum vitandum.

Ex primatu iurisdictionis Romani Pontificis sequitur

S. Pontificem posse in omni iure ecclesiastico ex iusta causa dispensare: quia regula est, legislatorem, vel eius successorem, in sua lege vel in lege antecessoris sui dispensare posse; eius est solvere cuius est ligare. Innocentii III sententia est: *Qui secundum plenitudinem potestatis de iure possumus supra ius dispensare.*

S. Pontifex in iure divino absolute et de se omnes obligante dispensare non potest.

Quia non lex superioris per inferiorem tolli potest, quam hic nedum aliis observandam, sed sibi custodiendam debet proponere et usque ad animam et sanguinem confirmare.

S. Pontifex leges divinas potest interpretari et declarare debet.

Aliter Ecclesiam rite gubernare, ovesque Christi per vias iustitiae et veritatis deducere nequiret.

Ex Primatu iurisdictionis Romani Pontificis sequitur

S. Pontificem esse supremum iudicem universae Ecclesiae in omnibus causis fidei et morum, ad quem sunt deferendae omnes gravioris momenti quaestiones, et omnes ex toto orbe appellationes, historia omnium saeculorum teste.

Iudicium Romani Pontificis absolutissimum est.

A quo non admittitur appellatio ad Christum, quae haeresim videtur sapere, quasi Pontifex Christi non esset Vicarius et cum eo non haberet in terris idem tribunal.

A S. Pontifice non admittitur appellatio ad Concilium Oecumenicum.

Quia appellatio a Pontifice Romano ad Concilium Oecumenicum in Bulla Coenae, sub poena reservati anathematis est proscripita. Unde iudicio S. Pontificis circa fidem et mores omnes fideles adhaerere debent.

Sequitur ex Primatu

S. Pontificem habere potestatem ferendi leges in rebus ecclesiasticis, obligantes omnes fideles in qualibet mundi parte existentes, iam latas abrogandi, vel secundum iustitiam temperandi.

Ex iurisdictionis

S. Pontificem habere auctoritatem et iurisdictionem

nem supra omnes Episcopos et Patriarchas ita ut ad ipsum spectet dioeceses erigere, earum fines statuere, Episcopos creare, ordinariam vel etiam extraordinariam iurisdictionem augere, a semita iustitiae aberrantes ad officium revocare, inobedientes punire et, si opus fuerit, deponere; nam ipsi a Christo commissa est cura omnium pastorum et ovium.

Primatu sequitur

Pontifex enim solus Concilium generale indicit, novos ordines probat et iam probatos quandoque supprimit: Missale et Breviarium recitandum clericis proponit, indulgentias plenarias concedit et insignes pietate viros in Beatorum vel Sanctorum numero adscribit; reservata vel cetera quae per alium expediri non possunt, ipse solus expedit.

Plura sunt capita potestatum, quae per solum S. Pontificem explicantur.

Cum iuris positivi dispositionem retinet, ut in iure dispenset, vel ipsum auferat ius.

S. Pontifex utitur potestate ordinaria

Arbitrii plenitudo nulli necessitati subiecta nullisque iuris publici regulis limitata.

Plenitudo potestatis est

Nisi indat clausulam: *non obstantibus Constitutionibus Apostolicis; vel de Apostolicae Sedis plenitudine.*

Pontifex non praesumitur uti plenitudine potestatis,

Cardinalium concilium solet adhibere, sub hac formula: *De Fratrum nostrorum consilio; vel: Habita cum Fratribus nostris et sancto concilio deliberatione,* hoc ex decentia non ex necessitate fit.

S. Pontifex in gravioribus definiendis, ut cautissime procedat

Eligitur a Cardinalibus et electus in Pontificatu manet usque ad mortem, nisi se ab eodem dimittat, ut S. Coelestinus V fecit, maximae humilitatis exemplum.

S. Pontifex iure novo

### De Cardinalibus.

A cardinibus, quatenus sunt clerici alicui ecclesiae affixi et perpetuo destinati, ut instar cardinum, super quos valvae moventur Ecclesiae, sint stabiles, immobiles, ipsamque Ecclesiam regant.

Cardinales vocati

Nam a primis Ecclesiae saeculis Pontifices habuerunt Presbyterium, vel Senatum ex Presbyteris et

Ecclesia Romana caeterarum ma-